

NvK an den Podestà, die zehn Deputierten und die Gemeinde von Belluno. Er gratuliert ihnen zu der päpstlichen Zusage, bei der nächsten Vakanz des Bistums Belluno-Feltre einen eigenen Bischof für Belluno zu installieren. Er selbst habe sich sehr dafür eingesetzt, erwarte jedoch keinen Dank. Man solle sich vielmehr beim Papst, dem Dogen und dem eigenen Gesandten bedanken und dafür sorgen, dass zu gegebener Zeit ein Gesandter Bellunos an der Kurie weilt. Im Postscriptum empfiehlt NvK den neuen Bischof Francesco dal Legname.

Kopie (gleichzeitig): BELLUNO, *Archivio storico del comune, Libro B n. 4* (ehemals BELLUNO, *Biblioteca civica, ms. 65*) f. 264^v (bzw. nach einer älteren Folierung f. 261^r; Textverlust durch Schäden in der Handschrift. Der Text wurde nach Piloni ergänzt).

Regest (Lucio Doglioni, 18. Jh.): BELLUNO, *Biblioteca civica, ms. 411* f. 102^v.

Druck: Piloni, *Historia* 237f. (ND 1929, 414f.); Meuthen, *Die letzten Jahre* 227f. Nr. LVI.

Italienische Übersetzung: Tiezza, *Storia religiosa del Veneto VII* 180f. (mit Datum 28. Juli 1460).

Em.: Meuthen, *Die letzten Jahre* 61.

[Spectabiles amici dilectissimi. Post] salut[em]. Discr]etus et integre probitatis [vir concivis vester] Johannes [Petrus²⁾ orator] communitatis vestre ad s^{um} dominum nostrum papam, et litteris prius vobis intimavit³⁾, et nunc plenius oretinus referet, votis et petitionibus vestris ac dignitati civitatis vestre abunde de speciali ipsius s^{mi} domini nostri gratia esse satisfactum, ita ut melius vobis non potuerit complacere. In qua re plurimum vobis gratulor et communiter vobiscum gaudeo, qui civitatem vestram mira devotione complexus, iamdudum ipsam in antiquam dignitatem presulis sui proprii certo argumento ac munimine reponendam statim ex litteris apostolicis, ut debeo, incredibiliter exulto. Ipse Johannes Petrus referet distin(c)te operam meam pro caritate vestra affectuose interpositam et rei obtinende propter magnitudinem eius difficulta- 10 tem. Et tamen, quantum ad me attinet, nolo, mihi ex hoc ipso regratiemini. Nam adeo vobis ex humanitate etiam vestra affectus sum, ut, quicquid gratia vestri ago, minus mihi multo videatur esse meo desiderio. Solum vos certiores facio constanti quidem iustificatione, sepius doluisse mecum ipsum Johannem Petrum, quod tam tarde, ut sibi videbatur, in expeditione teneretur, faciebatque omnia diligentissime, ut multo maturius, si modus fuisset, ad vos reverteretur. Sed cum causa sponte sua esset ardua et perdifficilis ac insuper s^{mus} d. n. esset necessitate cogente in balneis⁴⁾ a nobis magno intervallo saeparatus, habuimus pro grato munere, quod potuimus in hoc termino dierum expediri. Vos s^{mo} domino nostro erga civitatem vestram benignissimo et gratio- 15 sissimo primum, deinde illu^{mo} vestro dominio Venetiarum⁵⁾ intercedentibusque ceteris amicis ac etiam Johanni Petro oratori sollerti post deum, a quo sunt omnia dona, estis merito non mediocriter obligati, in tempore habituri optatum pontificem proprium. Quod quidem bonum et faustum et deo omnipotenti acceptum in omne tempus fore, miris votis opto et queso, paratus semper ad vestra desideria et honesta beneplacita.

Datum Senis die xxvii iulii (!) 1460. Vester N. cardinalis sancti [Petri manu] propria. 25

Uti, cum vobiscum essem, vera retuli de persona r. p. domini Francisci de Pad[ua⁶⁾], nunc] episcopi vestri, qui vir est nostra etate, inter pontifices deum timens et sa[lutem sibi] commis(s)i gregis querens. Ita et nunc illa confirmo de ipso, quem recipite [etiam ob meam] commendationem affectuoso desiderio in patrem spirituale[m]; nam sibi

30 similiter [id ipsum de vobis] facile persuasi. Et gaudebitis, ut non dubito, ipsum pro
nunc vobis prela[tum, dum cessio] aut decessio venerit et unicum pontificem habebitis.
Oro deum, [ut numquam minus dignum habeatis]. In omnibus possibilibus me vobis
offero.

(Adresse:) Spectabilibus viris domino potestati⁷⁾ et decem deputatis civibus ac com-
35 munitati civitatis Belluni amicis dilectissimis

¹⁾ Wie bereits in Nr. 6245 ist das fehlerhafte Datum der Kopie zu emendieren. Vgl. Meuthen, *Die letzten Jahre 228* Anm. 1.

²⁾ Giampietro Vitelli, Gesandter der Stadt Belluno an der Kurie; s.o. Nr. 6227.

³⁾ S.o. Nr. 6245 (1460 Juni 12).

⁴⁾ Pius II. hielt sich in dieser Zeit meist in den Bädern von Macereto südlich von Siena auf; s.o. Nr. 6217 Anm. 4.

⁵⁾ Pasquale Malipiero, Doge von Venedig.

⁶⁾ Francesco dal Legname, seit März 1460 B. von Belluno-Feltre.

⁷⁾ Pietro Ballastro; s.o. Nr. 6227.